



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

7 Propositio causarum, & Commissionum realiu[m] per Aduocatos
Consistoriales quando cessauit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

huiusmodi negotijs, & eligendi facultate vsurpatione quadam in Principes translata, Aduocati Consistoriales in hac specie ferè ociosi sunt, teste Vestrio *dicto cap. 18. num. 2. vers. hodie tamen*, & Cherub. *dicto Scholio 1. vers. hodie*. Cæterum * nè præteritorum memoria pereat, duxi lectores admonendos, quòd Propositio Causarum, & Commissionum realium durauit vsque ad Annum 1550. Iubilei celebrati sub Iulio Tertio; In actis enim Consistorialibus asseruatis per Cardinalem Vice Cancellarium legitur *fol. 85. in Consistorio secreto habito die Lunæ 7. Nouembris 1547. Hieronymum de Castello Aduocatum*

Con-

TERTIVM. 101

Consistorialem proposuisse nomine
Fisci causam contra Episcopum
Mindensem, & fol. 161. in Con-
sistorio publico dato per Paulum
Tertium die Luna 27.
1540. Oratori Sigismundi Regis
Poloniae propositas fuisse per Ad-
uocatos Consistoriales duas Cau-
sas, Alteram contra Pellegrum
Episcopum Gralitopolitanum :
Alteram contra Petrum Paulum
Episcopum Polignanensem, qui
partim in contemptu Sedis Apo-
stolicae, partim in damnum, &
detrimentum suorum Diecesano-
rum multa facinora perpetrave-
rant, & utraque fuit commissa
Auditori Camerae. Itemque fol.
185. die ultima Aprilis 1549.
nouissimo eiusdem Pauli Tertij

G 3 duas

duas similes causas propositas
fuisse per Paulum Sanguineum,
& Scipionem Lancellottum tunc
Sacri Consistorij Aduocatos.

- 8 . Solent * quoque in Consi-
storio secreto postulari pallia
pro Archiepiscopis, & Patriar-
chis, & à Summis Pontificibus
habito Cardinalium præsen-
tium voto, concedi, cuius * pal-
lii traditionem immediatè pen-
dere ab Ecclesia Romana dixe-
runt Abb. *in cap. significasti 4.*
sub. num. 9. de elect. & Iacobat.
de Conc. lib. 1. art. 1. n. 239. tract.
10 *tom. 13. par. 1.* huiusmodi * au-
tem postulatio fit per vnum ex
Aduocatis Consistorialibus, vt
inquiunt Cæremoniale Roma-
num *lib. 1. sect. 10. cap. 5. De*
Pal.